



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

128. An Regulares, qui volunt sacris Ordinibus initiari, debeant habere dimissorias ab Episcopis, in quarum Diœcesim tunc manent? Vel an prædictis Regularibus eas debeant dare proprii Prælati ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

3. Sed si aliquis inquirat, an Superior regularis contra dictum decretum mittens suos subditos ad Ordines suscipiendos; si missus Ordines non suscipiat, dictas penas nihilominus incurrat; Negatiue, dictas penas nihilominus incurrat; Tamburinus, & Peyrinus locutionem sententiam tenent Tamburinus, & Peyrinus locutionem sententiam tenent. Tam quod hoc statutum odiosum est, & contra antiquissima regularium Præuilegia, quibus poterant ordinari à quocumque Episcopo, vt constat ex Casurub. in Compend. priuileg. mendic. ver. Ordines Sacri, num. 1. 3. 9. 10. 11. & ex tom. 1. priuileg. Ordinis, Minim. in Constit. 2. Iulij II. §. 6. & ex tom. 2. in Constit. 7. Pij V. §. 9. Vnde strictè est interpretandum. Tum quod verba intelligenda sunt cum effectu, l. 1. §. hæc verba, Digestis quod quisque Iur. cap. relatum, de Cler. non resid. cap. qualiter, vbi glossolimus de pact. cap. si à Iudice, de appell. in 6.

4. Verum pro affirmatiua sententia stat Garcia in addis. part. 5. cap. 7. num. 92. Riccius part. 4. decis. 118. num. 10. & Pater Bordonus vbi supra, num. 66. Quia (ait ille) est actus concessiois sit ordinatus ad receptionem Ordinum; nihilominus, quia in ratione concessiois habet totam suam perfectionem, & complementum ex parte concedentis, respectu cuius pena attenditur; idè, cum in se sit actus completus, & absolutus, nihil prohibet, quin inducat penam incurtionem. Nec vrgent allata à Peyrino, quia licet alias Prælati regulares possent dimittere suos subditos ad quoscumque Episcopos, tamen ex Decreto hoc nunc non possunt; & cum etiam constet de penis, & de perfectione actus; non potest inferri nisi incurto penarum, quicquid deinde sit de non usu dimissiois; neque ex hoc extenditur decretum, sed intelligitur secundum verum sensum; & priuilegia illa cum iam sint extincta nihil operari possunt defendendo superiore ab incurto penarum, quando directè fuit transgressus decretum. Et bene licentia obtinuit suum effectum ex parte concedentis, licet subditus non fuerit ordinatus, nam effectus ordinationis supponit quidem licentiam, sed ab ea non pendet vt à sua causa, sed ab ordinatore; licentia enim sufficiens habet suum effectum, quando obtemperata fuit à penæ. Et idè ego vtramque sententiam probabilior puto, licet hæc posterior videatur mihi probabilior.

RESOL. CXXVIII.

An Regulares, qui volunt sacris Ordinibus initiari, debeant habere dimissorias ab Episcopis, in quorum Diocesi tunc manent?

Vel an prædictis Regularibus eas debeant dare proprii Prælati Regulares iuxta formam Congregationis Concilij? Ex part. 2. tract. 16. & Misc. 2. Refol. 13. alias 15.

§. 1. Affirmatiue respondendum videtur. Nam Gregor. XIII. statuit, vt Regulares suscipiant Ordines sacros ab Episcopis, in quorum diocesi sunt monasteria, in quibus tunc degunt, vel dimissorias ab eis accipiant. Et hoc etiam colligitur ex Concilio Trident. sess. 23. cap. 8. & ita hanc opinionem tenet, & docet Henricus in summ. lib. 1. c. 23. n. 4. & quod mirum est, nouissimè P. Vincentius Filicenus in suis quest. mor. tom. 1. tr. 9. c. 5. n. 98. qui excipiunt Societatem Iesv, in qua ex priuilegio satis est dimissoria proprii Superioris.

2. Sed contraria sententia absolute de omnibus Regularibus tenenda est. Nam de mandato S. D. N. Sixti Quinti, auditi fuerunt procuratores Religionum super declaratione Gregorij XIII. in qua. vt diximus, Regulares tenebantur recipere Ordines sa-

Tom. VII.

eros, vel dimissorias ab Episcopis; & idem Sanctissimus, hoc non obstante, ex sententia pronuntiauit, posse Regulares concedere dimissorias ad Episcopum diocesis, quod si abfuerit, ad quemcumque dummodo ab Episcopo, qui ordines contulerit, examinentur quoad doctrinam. Et tandem Clemens VIII. præscripsit Regularibus modum, & formam concedendi dimissorias suis subditis. Verba declarationis sunt hæc. De mandato S. D. N. Clementis diuina prouidentia Papæ VIII. tenore præsentium mandatur omnibus, & singulis quorumcumque Regularium superioribus, vt de cætero obseruari faciant, ea quæ in decreto Sacre Congregat. Concilij Tridentini continentur, cuius tenor est talis.

3. Congregatio Concilij censuit, superiores Regulares posse suo subdito itidem Regulari, qui prædictis qualitibus requisitis Ordines suscipere voluerit, litteras dimissorias concedere ad Episcopum, tamen diocesano, nempe illius Monasterij, in cuius familia ab his, ad quos pertinet is Regularis, positus fuerit, & si diocesano abfuerit, vel non esset habiturus ordinationes, ad quemcumque alium Episcopum, dum tamen ab eo Episcopo, qui Ordines contulerit, examinetur quoad doctrinam, & dum ipsi Regulares non distulerint de industria concessioem dimissiois in id tempus, quo Episcopus diocesano vel abfuturus, vel nullas habiturus esset ordinationes.

4. Verum, cum à superioribus Regularibus Episcopo diocesano absente, vel ordinationes non habente, litteræ dimissoriae dantur, in eis vtiq; huiusmodi causam absentia diocesani Episcopi, vel ordinationum ab eo non habendarum, exprimendam est. Quod qui non fecerint, officij, & dignitatis, seu administrationis, ac vocis actiua, & passiuæ priuationis, ac alias arbitrio eiusdem S. D. N. Papæ reueratas penas incurunt. In quorum, &c. Dat. Romæ die 15. Martij Ann. 1596. Hoc decretum inuenies apud Piafecium in praxi Episcopali part. 1. cap. 1. num. 14. Quarantam in summ. ver. ordo, in fine, fol. mihi 392. Naldum in summ. ver. ordo, num. 26. vide Petr. Ledesma in summ. tom. 1. de sacram. Ordinis, cap. 8. concl. 10. fol. mihi, 448. & nostrum Patrem Mollesium in summ. tom. 1. tract. 2. c. 2. num. 23. & seq.

Sup. hoc examine in Ref. nor. præterita, §. Deinde, & in aliis eius annot. & pro sequentibus in hoc textu à veris dum ipsi Regulares, late in Ref. præterita, & in aliis eius annot. & supra in R. 44. §. Decimus tertius.

RESOL. CXXIX.

An Prælati nostra Religionis, & aliarum, qua priuilegiis communicatione gaudent, possint concedere dimissorias Nouitijs, vt ab Episcopo Ordinentur? Ex p. 3. tr. 2. Ref. 7.

§. 1. Negatiue responder Peregrinus in Comm. Constit. nostra Relig. p. 1. c. 4. littera A. §. 1. & sic ait ille. Si aliquis ex nostris Præpositis concederet Dimissorias Nouitijs ad recipendam primam tonsuram incurreret suspensionem ab officio, & beneficio, latam in Concil. Trident. sess. 23. c. 10. Ita Peregrinus.

2. Sed aduersus illum profus affirmatiuam sententiam sustinendam esse puto. Nam vt obseruat Bartholomæus de Vechis in praxi Nouitiorum disp. 11. dub. 8. n. 3. Acanius Tamburinus de iure Abb. tom. 2. disp. 2. q. 27. n. 2. Ioan. Bapt. Tiber. in Instruct. pro ordinand. c. 7. q. 50. & Sanch. in sum. tom. 2. lib. 6. c. 10. n. 22. in fine. Si in aliqua Religione adest priuilegium mittendi Professos cum litteris dimissorialibus ad quoscumque Episcopos, causa sacros Ordines suscipiendi, integrum est Superioribus dictæ Religionis conferre etiam Nouitijs hanc licentiam, & litteras dimissorias præbere. Sed in nostra Religione adest prædictum priuilegium; ergo, &c. Minorem propositionem huius argumenti, ex qua labefactatur opinio Peregrini, probo euidenter

Sup. hoc in Ref. seq. & in tom. 2. tr. 5. Ref. 84. §. 2. ad medium, vers. quare sicut, & in tom. 5. tr. 3. R. 28. signatæ in §. 2.

H 3 ex